







726  
DECAS  
QVÆSTIONVM SE-  
LECTARUM JURIS

Quam  
Adjuvante DEI TRI-VNIUS gratiâ  
&  
Consensu Nobilissim: Actorum in Academ:  
Regiomont.

PRÆSIDE  
VIRO Clarissimo, Excellentissimo & Consul-  
tissimo  
Dn. CASPARO PERBANDT  
I. V. D. P. P. celeberrimo, & Consistorij  
Samb: Assessore dignissimo, Promotore & Præ-  
ceptore suo omni observantiæ cultu  
prosequendo

Publicè discutiendam proponit  
WOLFGANGVS Steinhäuser  
Plauâ - Variscus.

ad diem XIX. Decembris  
In Auditorio majori horis consuetis.

---

REGIOMONTI  
Typis Laurentij Segebadij  
M. DC. XXXVII.

6  
1837, 2

(2)

42.





DECAS  
QUESTIONVM  
LECTARVM IURIS

Admodum DNI FRIDERICI  
Coeselii Notarii & Secretarii  
Regemontii

FRIDERICI  
VRO Christiano, Excellentissimo & Consi-

DR. CASPARO TERBANDT  
I. V. D. P. T. celebrissimo, & Consistorij  
Saris: Allectore dignissimo, Promotore & Pre-

WOLFGANGVS STAUDNER  
Pianus - Violicus

in Auditorio majori hanc conuers.

REGIOMONTI  
Typis Laurentij Seegerij  
M. DC. LXXXVIII. excelsis Regemontii

4







QVÆSTIO L

Vtrum in Successione fidei commissaria ubi testator hæredem rogat, ut hæreditatis certam partem post Mortem suam restituat proximiori, sit attendenda proximitas ipsius testatoris gravantis non verò ultimi possessoris & hæredis gravati?



ff. Quia in istiusmodi fidei commissis succeditur ipsi testatori, non autem gravato hæredi l. coheredi. 41. §. 2. ff. d. vulg. & pup. substit. Jam autem illius proximitas attenditur, cujus de successione agitur l. fin, q. d. V. S. Rationi

liquidem consentaneum est ut dispositio facta intelligatur facta de suis, non alienis l. eodem. in testando 28. ff. d. aur. 2. arg. leg. cum in dubio verba potius referenda sunt ad testatorem, quàm hæredem l. ex facto 17. pr. ff. ad S. C. Trebell. Cui æquitas, quæ præsumit testatorem magis dilexisse proximiores suos, quàm alterius §. si plures. §. inst. d. leg. agn. success. l. sc. viva matre 1. q. d. bon. matrem. Publius. 36. §. 1. ff. d. condit. & demonstr. in tantum succurrit, ut planè totius hujus quæstionis principalis decisio, alia si deficerent argumenta, inde desumenda foret. Nam si testator fidei filij sui commisisset, ut si intra tempus definitum decederet, restitueret hæreditatem patruo suo, & intra dictum tempus decederet, tamen relictis filiis, ajunt jura deficere conditionem. l. cum avus. 102. ff. d. cond. & demonstr. l. cum acutissimi 30. C. d. fideic. aded; ut secundum excelsum Ingenii

A 2

Papiniani





Papiniani sententiam sufficiat hic naturalis filius l. ex factis  
17. §. 4. ff. ad SC. Trebell. Idq; intuitu humanitatis, per rat.  
in l. generaliter. 6. v. cum autem C. d. instit. & substit. Et ex  
indeleges nostræ concludunt, ut legata relicta cognatis,  
intelligentur relicta ipsius testatoris l. si cognatis 19. ff. d.  
reb. dub. l. heredes mei 57. §. fin. ff. ad SC. Trebell. cum affe-  
ctio testatoris ita determinet ipsius voluntatem d. l. 102.  
circ. fin. & ita claram efficiat, ut planè manifesta videatur  
l. cum 64. ff. d. leg. 2. per quam defunctus cum suis heredi-  
bus locutus fuit l. miles 75. sub fin. d. t. & certos gradus suc-  
cedendi præscripsit l. heredes 32. §. f. ff. ad se. Trebell. Ne-  
cessario itaq; parendum erit ejusdem voluntati l. si quis 11.  
§. 4. ff. d. relig. & sumptum. & quidem præcisè secundum  
modum præscriptum l. liberto. 31. §. 4. in f. ff. d. neggest.  
Neq; libertas morientium ita violari debet, ut cognatum  
ulteriorè proximioribus præferre velimus l. fratres 52 §. 9.  
ff. pn. soc. perc. l. 1. C. d. SS. EE. t. t. inst. de L. Fus. Can. toll.  
Præsertim cum hæres gravatus nihil aliud sit, quàm exe-  
cutor voluntatis defuncti §. imprimis 2. inst. d. fidei c. hered.  
l. proximè 50. ff. d. R. N. qui fidem potius, & quidem ex-  
pleniori ejusdem officio, exsolvit in hunc casum, quàm  
ut ipse tradit. l. si sponsus 5. §. 15. ff. d. don. inter. vir &  
ux. à quo & invito exterqueri potest l. si servo. 84. pr. ff. her.  
instit. unde & hic adus meritò potius tribuitur ordinanti  
quàm executori arg. l. item. eorum 6. §. 1. ff. quod cuiusq;  
univers. l. unum 67. §. 1. ff. d. leg. 2. l. pater. 22. §. fin. ff. d.  
manum. vind. Et si hic esset succedendum sicuti succeditur  
in fidei commissis vulgariter l. unum 67. §. 3. ff. d. leg. 2. su-  
pervacanea planè foret hæc dispositio defuncti, cum Jus  
commune sufficeret l. questum 9. in fin. ff. d. distract. pugn.  
Et hoc est verum, quamvis non omnes nominaverit testa-  
tor, siquidem hoc non est novum, ut specialiter quibus-  
dam enumeratis generale subjiciatur verbum, quo specia-  
lia complectantur l. si servus. 27. §. 16. ff. ad L. Aquil. &  
sæpè credimus voluisse defunctum, & tamen non rogasse  
l. si sponsus §. 15. ff. d. donat. inter. vir & ux. Et hanc sen-  
tentiam



rentiam corroborant textus juris *l. omnia 32. §. 6. ff. d. leg. 2. c. un. d. natur. succed. feud. 2. F. 50. c. un. d. success. fratr. rat. 2. F. 11. l. Peto. 69. §. 3. ff. d. leg. 2. l. 1. C. d. condit. insert. add. l. non intelligitur §. quando ff. d. jur. fisc. l. filius 114. §. Divi. ff. d. leg. 1. l. cum pater. 77. §. 27. ff. d. leg. 2.*

## QVÆSTIO II.

*An mater extantibus agnatis & cognatis in feudalibus filiorum bonis turricis officio fungi & agnatos cognatosq; invitos excludere possit præsertim de Iure Saxonico?*

Aff. Cum Ius tutelarum, quamvis admodum *l. quo 73. ff. d. R. l. non tamen cum jure successionis transeat l. tutela 16. §. 1. ff. d. tutel. l. 1. ff. d. tutel. legit. sed multa competant & sequantur, antequam fiant hæredes; ut matrimonium, liber, tutela l. §. 46. ff. famil. Hercisc. Nec etiam de jure feudali contrarium reperiatur decisum, meritò stabit Jus civile arg. *l. saucimus 27. C. d. testam. l. 5. l. 7. C. d. religios.* quamvis in jure feudali expressus textus haberi non possit, tamen non inde conformitas jurium est deducenda, quando in utroq; jure idem statutum, sed quando contrarium non est dispositum *l. licet. 2. §. 4. ff. d. pecul.* Præcipuè hîc ubi non successionis Jus, sed naturalis pietas matri hoc orus mandat *l. matris 6. C. qui petant. tut. & naturæ amor circa filios eam ad hoc vocat. Nov. 94. c. 1. & pr. epilag.* quo parentes plus se ipsis liberos suos prosequuntur *l. 1. ff. 8. in fin. ff. quod met. caus.* nec ulla esse potest affectio quæ ist. hanc superare valet *l. fin. post pr. C. d. curat. fur.* præcipuè matris; cujus corporis pars liberi *l. cum scimus 27. C. d. agricol. & censit. lib. 11.* propter quam non solum amicissimi & fidelissimi parentes dicantur, in eligendis liberorum suorum tutoribus *l. amicissimos**



38. pr. ff. d. excusat. sed & matris pietas instruere debet,  
qui tutores filiis peti debeant. l. matris 6 C. qui pet. tut.  
ipsiq; matri potius, quam patris voluntati in hoc passu sta-  
tur rubr. & d. t. C. si contr. matr. volunt. tut. dat. Igitur, uti  
& alias plurimum affectioni in jure tribuitur l. & 14. §. 7.  
ff. d. relig. & sumpt. fun. Ita & hic omnem suspicionem pura-  
gat. Nov. 94. c. 1. & amoret l. non solum 67. §. 1. ff. d. R. N.  
Præcipue cum aliis quoq; liberi non tantum apud matrem  
nutriri & ali Nov. 117. c. 7. sed & commorari debeant. l. 1.  
§. 3. ff. d. lib. exhib. Neq; tutor principaliter bonis, sed  
persone detur §. est autem 1. inst. d. tutel. l. in copulandis 8.  
C. d. nupt. §. certe 4. inst. qui testam. tut. clar. pas. Neq;  
mater tutrix filiis vasallis in pubertate adhuc constitutis  
horum nomine necesse habeat statim fidelitatem præstare,  
aut in persona servitia militaria exhibere sed ejusmodi dif-  
ferantur post filiorum pubertatem c. si minori. si de feud.  
defunct. contr. 2. F. 26. c. imperialem §. præterea de prohib.  
alien. feud. per Frider. 2. F. 53. Neq; defectus judicij hic  
impedimento sit l. cum 12. §. 2. ff. d. judic. siquidem hic nõ ex-  
acta prudentia, & subtilis perspicacitas; sed mediocris tan-  
tum circumspectio, fidelitas & diligentia exigatur §. fin. in  
fin. inst. d. susp. tut. l. suspectum 8. ff. d. t. in his autem sæpè  
matris consilium salubre esse possit l. ita 5. §. 8. ff. de adm.  
& pericul. tut. quo in majoribus & gravioribus sufficit.  
Nov. 8. c. 1. pr. Insuper in nostro & simili passu solemnem  
legis formam necessitudo quoq; l. 1. ff. in ius. voc. ut eant.  
l. sed. & 35. pr. ff. de procur. l. 1. §. 11. A. d. postul. per rat.  
in l. non 176. ff. de R. l. l. nec. 17. §. 1. ff. de adopt. transactio-  
nem 35. C. de transact. §. consequens 3. v. quinimo inst. de sus-  
spect. tut. & alij associati curatores suppleant. Ne-  
mo igitur tam ineffabilem matrum pietatum ludibrio ha-  
bere, & quæ penè divino nexu liberis copulata est, abo-  
lere l. cum in 10. C. de adopt. & defraudare audebit facile,  
ut non potius rem necessitudini, quàm aliis extraneis  
committat. l. in fidei commissi 3. §. 3. ff. de usur. Id quod &  
de jure Saxonico provinciali procedit tum per text.  
Landr.



Landr. lib. 1. art. 23. v. Wer aber der Erbe ist/ dem sol  
des Kindes Vormundt berechnen &c. Item Es is oft  
einer der Kinder Vormundt / vnd ein ander ihr Erb/  
qua contemplatione & eodem iure liberi ipsi potius matri  
quam alij educandi relinquuntur Landr. lib. 3. art. 74.  
Dass sie (die Mutter) die Kinder nehren muß / bis zu  
dreyen Jahren. cum & hoc Jus Interpretationem recipit  
ex iure civili, Gloss. Landr. lib. 1. art. 23. n. 3. & lib. 3. art.  
44. tanquam quod ex iure communi est transumptum  
Gloss. germ. Landr. lib. 3. art. 64. Imprimis quia & express  
sus in promptu est textus lib. 1. art. 11. v. heist ein Vater  
seine Kinder in Vormundschaft &c. dasselbe sol das  
Weib den Kindern auch thun / ob ihr Vater stirbt/vnd  
ein jeglicher Mann / der der Kinder Vormundt ist &c.  
cui non minimum roboris addit praxis cotidiana, quae o-  
primè ius Interpretatur l. si de 37. ff. d. l. l. 1. in fin. ff. de  
ventr. inspici. Gloss. Landr. lib. 2. art. 62 & lib. 1. art. 17.  
& semper sequenda l. 8. l. 19. C. locat. l. semper 34. ff. d.  
R. l.

### QVESTIO III.

An debitor creditori suo scienti solvens pecu-  
niam reprobam liberetur?

Aff. Per l. si in rem 9 §. 3. ff. d. pign. act. cuius ratio in  
li quod 203. ff. d. R. l. cum is, qui scit, non ab alio, sed à  
se ipso decipiatür l. nam. 26. ff. d. R. V. text. in l. ea 43. §. 1.  
l. Labeo. 45. ff. de contrah. empt. l. tutor. 16. §. 1. ff. d. pign.  
act. l. cum sit pr. ff. de edil. edict. eleg. l. inter 26. §. 2. l. si mandatu  
45. §. 7. ff. mand. 41. §. 3. ff. d. iur. dot. l. si fund. 27. C. de erict. ue  
ita de se, non de alio conqueri debeat, qui malè approbavit  
l. si vina 15. ff. de peric. & com. rei vend. siquidem scienti &  
prudenti factum l. regula 9. §. 5. ff. d. iur. & fact. ignor.  
text. in l. 11. in fin. C. d. assessorib. arg. l. 23. in fin. ff. ad L.  
Iul.



*lul. de adult. l. qui satisfare 3. ff. d. fidei neq; eos defraudare possit, qui sciunt & consentiunt l. quod 6, §. 9. in f. ff. que in fraud. credit. l. nemo 145. ff. d. R. l. cum scientibus nihil prejudicet l. sepe 63. sub. pr. ff. de re judic. l. 1. §. 5. in f. ff. de Injur. Igitur quod sua voluntate & approbatione accepit, eo contentus esse debet l. si ab 10. §. 1. qui satisfar. cog. per rat. in l. 1. §. 10. ff. d. separat & non immerito expensum suæ negligentia fert. l. 24. ff. que in fraud. cre. cum negare non possit, culpa suâ id admissum l. de illo 23. in f. pr. ff. pro soc. fac. & l. 1. §. 1. ff. ne quis eum, qui in his voc. Ignaviam autem suam prætendentem audiri non oportet l. qui 78. §. 1. in f. ff. de leg. 2. Etiam si errore facti sui factum id prætendat, tamen ille præcis negotiis prodesse non debet l. error. 7. C. de jur. & fact. Ignor. l. & si 15. §. 1. ff. de contrab. empt. sibi etenim prospicere quilibet debet, nec ab alio id expectare l. magnam 12. C. de contrab. & commit. stip. ut nec debitor astrictus fuerit, ipsum super hoc certiorare l. 1. in fin. ff. de act. empt. Merito igitur illis non subveniendum, qui se ipsos decipiunt l. 1. in fin. ff. qui fuls. tut. auth. nec regressus dandus est adiones suas remittentibus l. queritur 14. §. 9. de edil. edict. ne facile revocentur actiones extinctæ l. Merius 66. §. 1. in f. ff. de leg. 2. cum quod semel approbatum amplius reprobari non possit l. Pomponius 9. ff. d. negot. gest. maneat itaq; creditorem quod semel ad se pertinere voluit l. si mihi 59. sub. fin. ff. de leg. 2.*

#### QUESTIO IV.

Num plures pluribus in injuriam facientes singuli à singulis in solidum actione injuriarum actione injuriarum efficaciter conveniri possint, nec uno solvente uni reliqui liberentur à reliquis?

Aff,



**Aff.** Quis hoc iudicium in facto consistit, factis autem, cum unusquisque principaliter & per se peccet l. familia 9. ff. d. iurisdic. singula à singulis exiguntur l. si per S. S. 1. ff. ne quis cum quis in ius vocat. Numeratione enim personarum plura censentur delicta l. 1. in fin. ff. de iniur. l. cum qui 18. S. 2. & S. fin. in fin. l. pater. 41. ff. d. t. S. 2. inst. eod. Et quotiescunque diversa sunt species delinquendi, licet ex eodem facto continuato procedant toties plura & diversa sunt delicta l. si adulterium 38. ff. ad L. iul. de adul. l. 27. l. fin. C. de incest. nupt. Pluralitas autem delictorum requirit & exigit quoque pluralitatem poenarum arg. l. capitalium 28. S. 3. ff. de poen. siquidem omnis obligatio parit actionem l. licet. 42. S. 2. ff. de procurat. utique & in his male contradictibus l. si rerum 53. ff. d. re iudic. l. ut p. 24. S. 2. ff. de condic. ob turp. caus. l. fin. ff. d. accusat. cum omnis obligatio pro contractu habeatur l. omnem 29. ff. de iudic. praecipue ubi pluralitas in plures singularitates resolvi potest arg. l. si servus 9. S. 1. ff. si quis caut. in iudic. sistend. caus. fact. l. quoties 10. C. famil. heretic. Quapropter si unus praestitit suam poenam reliqui non liberabuntur l. item Mela 21. S. 2. ff. ad L. Aquil. l. tres. 55. S. 1. ff. de admin. & peric. tut. nec si unus injuriam suam, ejusve actionem uni ex injuriatis remisit, reliquis quoque actio adempta esse debet l. 1. S. 5. ff. d. iniur. cum quilibet ex suo delicto teneatur l. factum 155. ff. d. R. l. noxaque suum sequatur caput l. sed 2. ff. de ex noxal. caus. l. 1. in s. ff. de furt. Et quilibet suo nomine sibi illatam vindicet injuriam l. 1. S. 5. & S. fin. ff. de iniur. l. Papinianus 8. princ. ff. d. in offic. testam. per rationem in pr. & S. 1. inst. de action. Pro qua opinione militat textus juris in l. si plures 32. ff. de iniur. l. cum qui 18. S. 2. l. praetor. 7. S. 5. ff. de t. l. vulgari 21. S. 9. de furt. l. si plures 6. ff. arbor. furt. cas. l. quicumque 4. C. de serv. fugit.

### QVAESTIO V.

**An,** ut actio injuriarum ex persona agentis transeat ad haeredes, semper requiratur vera litis contestatio?

B

Neg:



Neg: Neminem quidem latere, extra omne dubium  
pono, actionem injuriarum regulariter neq; hæredibus  
neq; in hæredes dari nisi lis cum defuncto contestata fuerit  
l. injuriarum 13. pr. l. idem 15. §. 14. ff. d. injur. l. poenales 12.  
pr. ff. ad. L. Falcid. §. 1. inst. de perpet. & temp. act. l. si cum  
10. §. 1. ff. si quis caut. in judic. sist. quia ante in bonis non  
censetur d. l. 13. l. injuriarum 28. ff. d. injur. ad hæredes au-  
tem transmittimus, quæ habemus in bonis l. nihil 24. ff. de  
V. S. l. hereditas 62. l. 87. l. 120. ff. d. R. l. rat. in l. licet. 3.  
§. 11. ff. de pecul. Non tamen hic eadem exigitur litis con-  
testatio, quam vocant veram & describitur in l. un. & auth.  
seqq. C. de lit. contest. l. cum. 2. C. de jurejur. propt. calumn.  
l. rem. 14. §. 1. C. d. judic. & simil. nempe: Wann der  
Krieg des Rechtens mit Ja oder Nein von Beklagten  
befestiget ist. Sed ficta quoq; , ut loquuntur pragmatici,  
sufficit, cum preces principi oblatæ perpetuant quoque a-  
ctionem ex persona agentis l. 1. & 2. C. quand. libell. prin-  
cip. modo per actorem non stererit, quod minus facta fuerit li-  
tis contestatio arg. l. fidei commissio 11. §. 13. ff. d. leg. 3. l. qui  
deccm. 72. pr. ff. de solut. sed potius omnem adhibuerit di-  
ligentiam, ut reus citatus ad hanc fuerit, ipse verò in-  
signem contumaciam & tergi versationem commiserit, tunc  
etenim eundem effectum sortitur querelæ oblatio, quem  
vera litis contestatio l. si cum. 10. in f. ff. si quis caut. in judic.  
sist. l. & si 8. d. t. l. ex quacuuq; 2. §. 1. ff. si quis in jus vocat.  
non ser. l. contumacia 53. ff. de re judic. Idq; eò magis quando  
pars rea, biß auff die Ehehaffte condemnata est arg. l. idem  
53. pr. ff. de exist. tunc enim si pars damnata non comparet.  
& legitima sua impedimenta, die Ehehafften / allegat, lis  
finitur l. un. §. 1. & 2. ff. si quis jus dic. non obtemp. arg. l. si  
11. §. 1. ff. de iurisd. Et hoc ex natura hujus actionis, quæ  
quamvis in hæredes non facile detur, facilius tamen hæ-  
redibus conceditur §. 1. p. ex maleficio inst. de perpet. & temp.  
act. l. inde 23. §. 8. ff. ad L. Aquil. Nam quando moram ad-  
versarius admittit l. sed & 23. §. 1. ff. de usur. Jus alterius  
deterius



de terius effici non debet d. l. 8. ff. si quis caut. in iudic. fist.  
ne negligentia unius alteri sit damnosa l. rem. 65. in fin. ff.  
de evict. l. 5. ff. d. jur. & fact. ign. aut suam frustrationem  
impunitam ferat contumax l. in fidei commissi 3. §. 4. ff. de  
usur. vel etiam doli sui premium habeat l. ita 31. ff. de dol.  
l. si ab 10. sub fin. ff. solut. matrim. meliorq; fiat conditio eo-  
rum, qui delinquent l. hec ratio 3. §. 1. ff. de den. inter vir.  
& ux. Id quod probant & exempla in l. posthumus 6. §. 1.  
ff. de in offic. testam. l. si rem. 62. §. 1. ff. de vict. & ratio in l.  
nemo 87. ff. de R. l. eleg. text. in l. omnibus 39. ff. d. t.

## QUESTIO VI.

An minor major factus testimonium possit per-  
hibere de ijs, quæ in pupillari ætate vidit?

Aff. Quia hoc edictum prohibitorium est, in quâ,  
qui non repelluntur, admissi censentur l. 1. §. 1. ff. de tes-  
tib. Hic verò non repellitur t. t. ff. & C. de testib. Nov. 90.  
per tot. Et, si minor est prohibitus, utiq; major factus erit  
admittendus arg. l. ex eo 18. ff. d. testib. siquidem presens  
tempus est inspiciendum l. notionem 99. §. 3. ff. d. V. S.  
Et non est novum, ut aliquid ab initio non consistat, si  
tamen in id tempus conferatur, quo validum esse possit,  
convalescat arg. l. generaliter 24. §. 2. ff. de fideic. libert.  
text. in l. si (alius sed) interim. 11. §. 2. ff. de don. inter. & ux.  
Nam & servus adhuc in servitute constitutus testimonium  
ferre planè prohibetur l. servi 7. ff. de testib. per rationem  
generalem in l. in his 175. ff. d. R. l. non tamen inhibetur  
liber jam factus attestari super ijs, quæ in servitute conti-  
gerunt d. l. notionem 99. §. 2. ff. d. V. S. cessante siquidem  
causa prohibitionis cessat & effectus per vulg. Et quid ni?  
cùm interdum & à vilissimis testimonium suscipiatur. Nov.  
90. in pres. quos tamen communiter explicare solent per  
l. in testimoniis 2. ff. de testib. Adde text. in l. quoniam 21. in f.  
C. de heret. & manich.

QVÆ.



## QVÆSTIO VII.

An rusticus accepta terra, ut novellatum faciat, tertia parte fructuum promissâ teneatur quoq; ex arboribus ibidem satis eandem fructuum partem præstare?

Affirm: Consensus etenim est omnium in tam longiori locatione utile tantum dominum soli ad redemptionem transire l. 1. §. quod autem ff. de superfic. directum autem manere concedentem l. 1. C. de jur. emph. per rat. in l. non 39. ff. locat. rationis rationem in l. si vasorum 11. ff. de usur. ut in recognitionem directi domini colonus suum solvat domino canonem l. 1. ff. si ager. vectigal. Utiq; & ad bores ibi satis unâ cum fructibus eodem jure spectabant a concedentem §. si Titius 31. inst. de R. D. per rat. in §. antea red. 30. d. t. l. redemptores 39. pr. ff. de R. V. l. sed. §. 15. ff. de usufr. cedunt enim in eandem utilitatem arg. l. illud. 32. ff. ad L. Aquil. & ipsius porro vineæ pars fuit arg. l. prædii 91. §. 5. de leg. 3. jun. l. nomen. 34. d. t. Porro, cum hic potius res quam verba intendenda arg. i. promittendi 41. §. 1. ff. de jur. dot. jun. l. iur. §. 7. §. 8. ff. de pact. utiq; pactum pro locatore adjectum ita interpretari debemus, ne ei nocent l. ea lege 51. ff. locat. meritò omnium fructuum pars tertia dari debet arg. l. uxori 37. pr. de leg. 3. l. pater. 2. C. de hered. instit. quia hoc per implicitam quandam conventionem dispositum videtur arg. l. quod 25. ff. de pact. super qualibet parte, quod super toto l. que 76. ff. de R. V. Alias etenim malitia rusticorum, cui tamen in tempore occurrendum l. 3. circ. med. C. per quas person. nob. acq. l. si de 11. §. 1. ff. de iuris tandem domino non solum canonem ita subtraheret, sed & ipsum omni jure defraudaret, quod ne fiat, in reliquis arborum consistarum fructibus, magistratus, cui hac de re notio erit, estimabit, ut omnium fructuum pars tertia exhibeatur, arg. §. 1. p. sed nedum inst. de pibon



Abon. rapt. Tandem firmat hoc textus in l. colonus 61. ff. los  
cat. cond.

### QVÆSTIO VIII.

An advocatus cum cliente suo licitè super lite  
ejusq; parte pacisci possit?

Distinguiamus inter quotam litis & quantitatem pal-  
marij nomine constitutam ; Quoad prius planè negamus :  
Advocatus enim nullam contractum cum suâ parte inire  
debet, ut litem in propriam suscipiat fidem l. 5. l. quisquis  
6. §. 2. C. de postuland. siquidem tam contra licitum l. si  
contra lo. C. mand. quàm bonos mores est redimere litem  
l. litem. 13. C. de procur. l. salarium 7. in fin. ff. mand. l. 1. §. 12.  
ff. d. var. & extraordin. cogn. ne itaq; quis delicto suo con-  
ditionem sibi faciat meliorem l. non. 134. ff. d. R. l. per rat.  
in l. stre 61. pr. ff. de jur. dot. vel propter improbitatem sus-  
am consequatur actionem l. si remunerandi 6. §. fin. ff. mand.  
jure & æquitate istiusmodi tanquam propriam turpitudi-  
nem allegans non erit audiendus l. transactione 30. C. de  
transact. l. 1. C. de furt. & cum nemini in delictis jura suc-  
currant, consequenter & hic omni repteensione dignus  
l. item 13. C. de procur. l. nec quicquam 9. §. 2. ff. de offic. pro-  
cens. improbè legis auxilium implorat, qui contra legem  
commisit l. auxilium 37. ff. de minor Deniq; firmant hoc tex-  
tus juris in l. sumptus 53. ff. de pact. l. 1. rubr. & t. t. C. ne  
lic. potent. patrocini. & extat. exemplum in l. cum mulier.  
47. ff. solut. matrimon. Quoad posterius affirm. per text. in  
l. 1. §. si cui 12. ff. de var. & extraord. cogn.

### QVÆSTIO IX.

An verò Advocatus ob sumptus in litem neces-  
sario factos & constitutum sibi salarium  
acta partis retinere possit?

Affirm.



Affirm: Quod attinet sumptus res clara est, per l. sumptus 53. ff. d. pact. l. actoris 30. l. qui 46. §. 6. ff. de procurat. l. idemq; 10. §. 9. ff. mand. & simil. Id quod & in salario, si pro modo litis secundum consuetudinem fori iudicii; & liquidum, procedere putamus per l. 1. §. 10. & seq. ff. de var. & extraord. cogn. l. que omnia 25. sub fin. l. quis 53. §. fin. ff. de furt. l. si quis rem. 20. sub fin. ff. de acq. vel am. possess. l. si non 26. §. 4. de cond. in deb. l. fin. C. commod. l. 7. ff. mand. l. 1. l. 17. C. d. t. l. 1. l. 2. ff. de prox. l. si constat. 4. C. de cond. indel. Quicquid enim contrario iudicio consequi possumus, id etiam directio retentionis retinere non prohibemur l. in rebus 18. §. fin. ff. commod. l. si necessarius 8. pr. & §. 1. ff. de pignorat. præsertim cum hodie in omnibus bonæ fidei iudiciis deductio, reputatio & retentio ipso iure fiat l. fin. C. de compensat. §. in bonæ fidei 30. inst. de act. Et quia tantum incertum cognitionem præsidis desideret, l. 1. in f. l. salarium 17. C. mand. l. quem admodum. 56. §. 3. ff. d. t. utiq; certum non hoc desiderabit l. Divus 4. ff. de var. & extraord. cogn. Igitur retentionis iure semper uti possumus, quotiescunq; de voluntate rei constat. l. sed & 21. sub fin. l. 23. ff. sol. matr. cum nihil aliud est, quam exceptio de dolo d. d. l. l. adde l. dote. 5. ff. de dot. præleg.

## QVÆSTIO X.

An Filius familias S. C. Macedoniano validè renunciare possit?

Affirmativam opinionem exercitii gratia defendemus: Siquidem nullibi extat hoc ipsum adeò prohibitum, ut illi omninò renunciare non possit: Verum potius apparet, cum pater ipse huic vel expressè renunciare l. sed §. 9. §. 3. in f. l. si filius f. 16. ff. de S. C. Macedon. l. Zenodorus 2. l. si permittente 4. l. Macedoniani 5. v. sanè C. eod. l. pater filio 7. ff. quod cum eo, qui in alien. potest vel tacitè partem solvendo approbare possit. l. 7. §. 15. ff. de S. C. Macedon.

Et



Et si filius fam. ipse tūm quando adhuc in patris potestate  
est fideiubendo l. item si 7. pr. ff. d. t. l. qui contra 11. & l. sup.  
ff. d. fideiuss. l. creditorem. 18. ff. de SC. Macedon. pignus dan-  
do d. l. 7. §. 2. l. profecticia 5. §. 8. ff. d. jur. dot. debitum  
ipsum agnoscendo d. l. Zenodorus C. ad SC. Maced. Solven-  
do d. l. 7. §. 16. ff. cod. l. qui exceptionem 40. ff. de cond. in-  
deb. per rat. in l. ex quibus 51. d. t. se maiorem mentiendo  
l. 1. C. ad SC. Maced. l. si quis 3. l. Iulianus 19. ff. cod. tūm quoq;  
si sui juris & tutela sua factus, quo tamen adhuc hoc SCto.  
gaudet l. 1. ff. d. t. ejusmodi se privare queat l. 9. pr. d. t. per  
ration. in l. deniq; 3. §. 1. ff. de minor. Utiq; & expresso pa-  
cto, si nondum exiit potestatem, modò non fiat in præju-  
diciū patris per arg. l. post. legatum 5. §. 3. & seq. ff. de his,  
quæ ut indign. l. si quis 2. §. 2. ff. si quis aliq. testat. prohib. cūm  
nemo alieno facto vel honorari l. si autem 8. §. 3. in med. ff.  
d. neg. gest; Vel onerari debeat l. in causa 27 in f. pr. ff. de  
procur. neq; in fraudem SCti l. si quis 3. §. 3. sub fin. ff. de SC.  
Maced. aut color inde quaratur l. 7. d. t. per rat. in l. si ex  
causa 9. §. 2. ff. de minor, l. si tuter. 128. ff. de leg. 1. eum hoc  
efficere valere probabiliter concluditur arg. l. conditionibus  
3. §. 1. ff. de cond. & demonstr. & tamen pecuniam in rem  
necessariam, cujusmodi præsumptio est in studioto l. Ma-  
cedoniani 5. C. ad SC. Maced. l. 7. §. 13. ff. cod. filio institere  
d. l. 7. §. 11. & seq. 1. l. 17. d. t. pecuniam mutuò acceptam  
vertat. d. l. 7. §. 14. l. in pupillo 47. sub fin. ff. solut. & omi-  
nosa illa præsumptio in l. 1. ff. de SC. Maced. quæ non facile  
& leviter fingenda l. cum tale 72. pr. ff. de cond. & dem. ces-  
set. d. l. 3. §. 3. ff. de SC. Maced. Quandoquidem filius, a-  
lias ex omni contractu obligetur l. filius 39. ff. d. O. & A.  
& tantum renunciationis pactum inire prohibetur, quo  
plus donat, quàm accipit l. contra 28. sub. f. ff. de pact. 1. l.  
filios 7. pr. ff. de donat. Sed non omnis renunciatio fit don-  
nandi animo d. l. 28. in f. d. l. 47. ff. de solut. Porro æqui-  
paratur hoc SC. Macedonianum SC. Vellejano, argumen-  
tumq; ab invicem quoad hoc lex ipsa sumit. l. tamen 11. ff.  
de SC. Maced. Mulier autem quia suo renunciare possit,  
nullum.



74  
nullum ambigere putamus *auth. mater & alial. fin. C. quand. mul. tutel. offic. Nov. 94. §. 2. Nov. 118. §. 5.* Igitur & propter attenditatem rationis idem hic dicere possumus *arg. l. si ita 15. §. 2. ff. de instr. vel instr. leg. l. à Titio 108. sub fin. ff. d. O.* Præcipue quum filiusfam naturaliter sit obligatus *l. quia 10. ff. de SC. Macedon. nec SCrum hunc planè exonerare voluit l. 9. §. 4. in ff. d. t. Tandem ist hoc SCrum tam in favorem filijfam, d. l. 9. §. 4. l. 1. d. t. quàm in odium creditoris Improbi est intraductum; quoniam semper quod sub unâ conditione adimitur, sub contraria datur *l. si legatum 10. in fin. pr. l. legata 14. ff. de adm. vel transf. leg. l. in factis 60. pr. ff. de cond. & demonstr. Sed hæc sufficiunt.* Tandem præsens nostrum est emensum.*

Πάρεργα

*Fidejussor etiam in criminalibus, & ubi poena sanguinis infligenda venit, admitti potest.*

*Fidejussor, qui se ad certum tempus obligavit, etiam veniente & exeunte illo tempore non liberatur, etiamsi expresse hoc adjecerit, se non velle ulterius obligari.*

*Falsa est distinctio, qua statuunt aequitatem aliam scriptam, aliam non scriptam.*

μόνον τῶ ἐσὶ δόξα!



Königsberg. Diss., 1610/70

ULB Halle 3  
004 398 270



f  
Sb.


VD 17











VM SE-  
JURIS

6/11  
1637, 2

NIVS gratiâ  
um in Academ:

E  
Simo & Consul.  
ERBANDT  
io, & Consistorij  
romotore & Præ-  
vantia cultu

12

ruponit  
Steinhäuser  
s.  
embris  
is consuetis.

TI  
Segebadij  
VII.

42.

